Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



62.

146) Manriques Annal. t. I in serie Abbatum Cisterciensium ex Matthaeo Parisio. Item Sartorius in Cistercio bisertio Tit. I: Sub ipso (S. Bonifacio) Friderius Cesar, cum jam satis subsiam et Cisterciu exaffet, tandem preter expectationem moriens ut poenitens in Cisterciensi habitu moritur. Sed Hunkhaler hac in dubium vocare videtur, dum in Fastis Campill. ait: Friderieum Imperatorem infelicem, quod Matthaeus Parisius tradidit, hoc anno in Cuculla Cisterciensi magna cum poenitentiae obisse, hoc loco plane a me praetereundum non fuit: quamquam Narratio ista summa certitudine negnaquam nitatur. Sit ita, hoque pacto Poenitens iste Augustus in veste Ordinis Gratiam reperit, quod unice optem, res digna est Annalibus nostris. Sed quis cognovit sensum Domini? nolim in re tam summe incerta, nonnullorum exemplo non probato, ingenio ludere. Neque mihi animus est, plus quam probabile id asserere, cujus fides sit penes auctorem Relationis Parisinm.

147) Hac omnia latius enarranda venient infra capite XI.